

Coram R.P.D. ALEXANDRO W. BUNGE, Ponente

Parisien.

## NULLITATIS MATRIMONII

(M. – V.)

Prot. N. 21.974

Sent. 199/2014

---

## SENTENTIA DEFINITIVA

In Nomine Domini

FRANCISCO Sanctam Catholicam Ecclesiam regentem, Supremus Pontificatus Eius anno secundo, die 28 octobris anni 2014, infrascripti RR.PP.DD. Pius Vitus PINTO, Decanus, Robertus Michael SABLE, et Alexander W. BUNGE, qui et Ponens, Auditores de Turno, in Sede Tribunalis Apostolici Rotae Romanae legitime congregati ad definiendam causam Parisien., nullitatis matrimonii inter:

- D.nam M., die 19 agosto 1968 natam in civitate C1, domicilium habentem in D1, catholicam, actricem, in iudicio repraesentatam et agentem per patronam ipsa ex officio datam adv. A1, et
- D.num V., die 15 decembris 1958 natum in civitate C2, domicilium habentem in D2, pariter catholicum, conventum,
- Intervenientibus et disceptantibus R. D. Michäele FIORENTINO, nostri Apostolici Fori Vinculi Difensore, et adv. A2, ad casum specialiter deputata,
- Sequentem, in tertio iudicii gradu, pronuntiaverunt definitivam sententiam.

1. – **Facti species.** – Actrix, in C1 nata mense augusto anni 1968, paulo ante quam annum vitae suae sextum decimum completeret, virum conventum cognovit, natum C2 mense decembri a. 1958. Actricis mater mulier fuit imperiosa et austera, pater autem fuit vir suavis indolis, debilis tamen teneraeque. Traditionis

religiosae fuerunt tenacissimi sectatores, maxime mater, quae fuit admodum severa. Cum ambo parentes multum temporis in opere praestando consumerent, prolem parum curabant. In familia nullae fuerunt relationes inter personas. Actrix, cum annum aetatis decimum tertium ageret, rebellionem conata est, quam ob rem a matre missa est, ut viveret cum quadam materteram, unde tamen anno post domum rediit, ob zelotypiam erga materteram ipsam. Puella intellectu libero praedita, affectibus carebat, nam cum amicos fugeret, in libros confugiebat sibique minime confidebat.

Vir conventus praeditus erat indole praevalida, similis matris actricis, idemque violentus erat. In viro actrix invenit qui se tamquam personam tractaret, atque cum eo experiebatur sensum securitatis et quodammodo adulatioonis. Actrix velut parva puella admiratione conventi tenebatur, quocum res intimas habebat; vir primus de matrimonio locutus est. Acceptavit illa tum quod ob res intimas habitas se quasi obligatam sentiret, tum quod nubendo poterat domum suam relinquere. Matrimonium celebratum est d. 18 decembris a. 1986, cum actrix annum aetatis ageret duodevicesimum, conventus vicesimum octavum.

Statim e principio difficilis fuit convictus, cum coniuges nihil commune haberent. Nati sunt filii tres, unus decem post nuptias mensibus, mense octobri a. 1987, alter mense novembri a. 1990, tertius mense ianuario a. 1992. Prima separatio intervenit exeunte anno 1993, sed, cum conati essent in unum redire, denuo simul vivere incepert. Separatio definitiva venit anno 1995, annis octo et dimidio elapsis; anno vero 1997 divortium civile factum est.

Prima causa nullitatis incohata est in Tribunali T1 anno 1995, cum sententia adfirmativa diei 15 ianuarii 1997, ob defectum gravem discretionis iudicij in actrice (negative autem de simulatione totali actricis atque de incapacitate viri conventi ad assumenda onera matrimonii essentialia). Quae sententia infirmata est per sententiam Tribunalis T2 diei 15 octobris 1998, quod respondidit negative ad omnia. Haec secunda sententia confirmata est per sententiam Rotae Romanae c. Virginelli d. 13 mai 2005, cum responsum negative ad omnia esset.

2. – Nova causa exhibita coram Tribunali Parisiensi, competenti ob locum celebrati matrimonii, per libellum diei 29 septembris a. 2009, sententia prodiit adfirmativa die 27 iunii a. 2011, ob defectum gravem discretionis iudicij in viro convento, negativa de incapacitate actricis ad assumenda onera matrimonii essentialia. Tribunal Appellationis Versallensis, decreto d. 15 iunii a. 2012, declaravit partim nullam sententiam primi gradus, de defectu gravi discretionis iudicij in viro convento, quoniam quidem, cum iam duae sententiae negativae prodiissent de incapacitate assumendi onera matrimonii essentialia a viro convento, subaudiri debebat, non posse pronuntiationem ferri de ipsius discretione iudicij, quae implicita est in capacitate assumendi onera matrimonialia. Tribunal Versallense sententiam edidit d. 7 ianuarii a. 2013, et matrimonium nullum

declaravit ob incapacitatem actricis ad assumenda onera matrimonii essentialia. Nunc Turnus in Rota iudicium proferre debet de dubio die 5 decembris a. 2013 statuto: “*An constet de matrimonii nullitate, in casu, ob incapacitatem adsumendi onera coniugalia essentialia ob causam naturae psychicae, ex parte mulieris actricis*”.

Perfectis de iure perficiendis, pro actrice a propria Patrona ex officio exhibito Restrictu in iure et in facto, praeterea habitis pro vinculo sacramentali Animadversionibus a deputato exaratis, Patribus eorum sententia definitiva in tertio gradu iurisdictionis ferenda contingit nunc respondere dubio concordato, superius memorato.

3. – **In iure.** – “Intima communitas vitae et amoris coniugalnis, a Creatore condita suisque legibus instructa, foedere coniugali seu irrevocabili consensu personali instauratur. Ita actu humano quo coniuges sese mutuo tradunt et accipiunt institutum ordinatione divina firmum oritur, etiam coram societate” (CONCILIO OECUMENICO VATICANUM II, Const. Past. *Gaudium et spes*, n. 48).

4. – Naturalis consensualis capacitas ab aliqua gravi anomalia seu pathologia, quam vitam ipsam affectivam afficit, praepeditur, non solum ob gravem defectum discretionis iudicii, de qua ad can. 1095, n. 2, sed etiam ob incapacitatem assumenda onera coniugalia, de qua ad can. 1095, n. 3. “Praesupposita sufficienti iudicii discretione, ut valide contrahi possit, et alia capacitas in contrahente adsit oportet, nempe disponendi de obiecto traditionis-acceptationis ita ut ad praxim ducere valeat obligationes susceptas. Casus enim dari possunt in quibus contrahens apta iudicii discretione destitutus non est et ita obligare sese valet, sed ipsi ipsi impossibilis est adimplentio. Tunc capacitas onera assumendi integra manet, sed indirecte impeditur per incapacitatem adimplendi quia ‘impossibilium nulla est obligatio’ (cf. Dig. 50, 17, 185)” (coram Bottone, sent. diei 11 octobris 2007, in RRDec. vol. XCIX, p. 279, n.12).

Verumtamen, “solo la *incapacità* e non già la *difficoltà* a prestare il consenso e a realizzare una vera comunità di vita e di amore, rende nullo il matrimonio [...] Una vera incapacità è ipotizzabile solo in presenza di una seria forma di anomalia che, comunque si voglia definire, deve intaccare sostanzialmente le capacità di intendere e/o di volere del contraente” Ioannes Paulus II, Allocutio ad Rotam Romanam, diei 5 februarii 1987, AAS 79 [1987] p. 1457, n. 7).

5. – Revera, in iurisprudentia et in doctrina multum disceptatur circa incapacitatem absolutam et relativam doctorumque opiniones diversae sunt.

Nihilominus, iuxta iurisprudentiam rotalem incapacitas relativa iurdica caret vi ad inducendam matrimonii nullitatem. Quae de re, iurisprudentia H. A. T. latiori generi incapacitatis relativae haud favet. In incapacitate ob causas naturae psychicae, unaquaeque pars momento celebrationis matrimonii seu praestiti consensus matrimonialis independenter ab altera erga obligationes matrimonii essentiales propria incapacitate laborare debet (cfr. coram López-Illana, sent. diei 18 februarii 2004, in RRDec. vol. XCVI, p. 132, n. 6). Huius rei causa non obstat quominus ipsa onera coniugalia, quae semper existimari debent respectu personae concretae alterius coniugis, in unaquaque condicione species diversas habeant et propterea capacitates diversas requirant. In una coram Pompedda legimus: “Utique sane vel respectus ad alteram partem inservire potest ad clarum iudicium efformandum de capacitate alterius, haud tamen ut relativa condicio exploretur, potius vero ad recte aestimandam individuam personam in sua habilitate ad difficultates superandas” (sent. diei 15 iulii 1994, RRDec., vol. LXXXVI, p. 397, n. 12).

6. – Ex dictamine legis (cf. cann. 1574 et 1680) atque N. F. ex consolidata iurisprudentia, in causis de incapacitate tractantibus, necesse est ad peritorum opus recurrere, qui iudicem adiuvent ad definiendum, ex actis et probatis, necnon peracto examine subiecti anomali, ubi fieri possit, gradum perturbationis, seu statum patientis in nuptiis. In sententia coram Bottone supra citata legimus: “Ex canonis dictamine haec incapacitas ex causis naturae psychicae manare debet, id est ab alia personalitatis perturbatione, vel abnormi inclinatione, vel anomalia quae directe non oritur ex aliquo gravi defectu actus humani, sed quae contrahentem ita afficit ut, intactis manentibus iudicii discretione atque interna libertate, capacitate privetur disponendi de obiecto contractus. Determinatus morbus haud requiritur, vera tamen perturbatio vel anomalia ordinis psychici adsit oportet, et quidem notula gravitatis signatae quae percipiatur ex insolito modo agendi contrahentis qui se praebeat inconstatem, fragilem, debilem voluntate, qui pro suo modo agendi admirationem suscitet vel forsitan etiam commiserationem. Si haec omnia a perito re psychiatrica vel psychologica confirmantur, nullum dubium superesse potest de severa anomalia vel perturbatione individui istius” (sent. 11 octobris 2007, l.c., p. 279, n. 13).

7. – **In factu.** – Actrix, suffulta valido testimonio credibilitatis (Summ., 28), narrat sibi cum matre relationes fuisse calamitosas, sine teneritudine, non univocas, cum puella praesertim sentiret se a matre non amari. Ait ipsa: “Mes relations avec ma mère étaient ambivalentes. Je sentais un manque d’amour de ma mère, qui semblait privilégier mon frère. Nous ne pouvions pas inviter des amis à la maison, pas le droit de sortir, c’était des règles tacites. Règles rigides” (Summ., 25/1). Describit pariter effectus in suam personalitatem redundantes ex

huiusmodi statu familiae originariae. Tempore matrimonii se sentiebat esse incapacem vitam suam gerendi, cum timiditate nimia omnino praepediretur, et timore, ne ab aliis recusaretur, polleret: “Au moment du mariage, j’étais un marionnette, poupée de cire molle. Il y avait une ébullition en moi. J’attendais beaucoup d’affection. J’étais inapte pour gérer ma propre vie. J’avais envie d’aller vers les autres mais j’avais un blocage, timidité maladive, peur de se faire rejeter. Inaptitude à aller vers l’autre. Je cherchais toujours l’amour de maman” (Summ., 25/5).

Matertera, quacum puella vixit tempore adulescentiae, confirmat iuveni necessitatem amori fuisse, eiusque immaturitatem adfirmat et defectum independentiae, indolis aduluae, auctoritatis: “M. n’a pas de caractère, elle n’en a pas d’autorité, elle est très douce, très facile. Une enfant soumise... Elle n’était pas autonome, dépendant affectivement” (Summ., 47/6). Eam testes describunt tamquam puellulam proiectae aetatis, subiectam parentibus prius, viro convento posterius. Amica actricis optima, cum valida attestatione credibilitatis (Summ., 54’), adfirmat: “Elle était soumise aux diktats de ses parents puis de ceux de V. sans possibilité d’exprimer ce qu’elle était elle... C’était un gros bébé avec un gros cerveau. V. la tenait sous sa coupe et dirigeait sa vie, cela était plus gênant que leur différence d’âge” (Summ., 54/21). Matertera adicit, eam non crevisse in terminis affectivitatis: “A 13 ans ma soeur m’a dit quelle ne pouvait pas supporter sa fille... Je l’ai pendant un an à Nantes chez moi... Elle était très intelligente mais très en retard sur le plan affectif... M. n’avait pas la capacité affective” (Summ., 46/5). Actricis soror confirmat, actricem, tempore sponsali, quamvis personam gereret mulieris aduluae, tamen affectivitate omnino caruisse: “Elle avait joué à la grande quand elle était en total manque affectif” (Summ., 40/19).

Haec condicio familiaris graviter redundavit in evolutionem actricis. Peritus psychologus in primo gradu adfirmat, actricem crescendo secum tulisse defectum gravem suaे bonae aestimationis. Dicit enim: “Elle n’est pas encore une femme, elle est une adolescente qui attend d’être une femme... En définitive, M. a été abandonnée affectivement. Elle s’est construite avec un trouble sévère de l’Estime de Soi” (Summ., 72). Idem pergit describens effectus, qui ex moribus parentum erga filiam, in actricis personalitatem effluxerunt: “La solitude intérieure et le vide de soi consécutifs au rejet maternel et à la faiblesse d’étayage du père ont provoqué des difficultés dans les processus d’identification qui on creusé et perturbé son identité avec la conviction profond de ne pas être aimée et de ne pas être digne d’être” (ibid.).

8. – Actrix erat acumine ‘maxime praedita’, secum ferens totam illam psychologicam aegritudinem, quae inde provenire solet. Id legitur in sententia secundi gradus: “M. est une ‘surdouée’. Nous savons désormais mieux, grâce au

développement des sciences de l'éducation, qu'un surdoué est en grande souffrance psychologique" (Summ., 222). Domi relationes affectivae nullae erant. In schola, ubi cum condiscipulis semper versabatur biennio maioribus natu, non valebat veras habere amicas, quam ob rem non poterat maturationem affectuum adipisci. Actrix fassa est: "Je n'avais pas d'amies" (Summ., 25/1). Statimque addit: "J'étais très en avance... il n'y avait que des filles qui étaient plus âgées que moi" (Summ., 25/2). Et in epistula die 20 novemboris a. 2000 coscripta adfirmat: "A partir de 10 ans, j'ai été scolarisée des camarades de 2 ans plus âgés. Même si je faisais mon possible pour ne pas me démarquer du groupe, je restais quand même la plus jeune et je me sentais en permanence en décalage avec les autres. Il en découlait un manque de confiance en moi et des difficultés à établir des relations amicales dans ma classe d'âge ainsi qu'une tendance maladive à suivre les avis des autres" (Summ., 64).

9. – In his adiunctis defectus affectivi, cum adhuc esset puella, actrix sedecim annos nata conventum cognovit viginti quattuor annos natum. Etsi esset imbuta more traditionalistico (dicit vir conventus: "une religion de principes; éducation très traditionnaliste. St Pie V et Mgr Lefebvre", Summ. 30/13), praeter magnam aetatis differentiam, actrix e principio res intimas habuit cum viro. Vir, attestatione credibilitatis ornatus, id confirmat (Summ., 34): "Nous avons eu des relations intimes ensemble durant les fréquentations" (31/15).

Actrix eiusque matertera praecipue memorant, quantum influxerint in ipsa relationes intimae habitae tempore sponsalicio, adeo ut puella se sentiret obligatam ut nuberet. Matertera dicit: "Elle était consciente que l'acte sexuel l'engageait, l'avait engagé définitivement. Elle ne pouvait plus revenir en arrière. Il lui écrivait des lettres en disant, 'ma femme'. Il considérait qu'ils étaient mariés en secret" (Summ., 49/15).

Quamvis in viro convento puella inveniret protectionem et hospitium, ipse tamen fuit mera forma matris masculina, auctoritate, non dilectione plena. In epistula diei 20 novemboris a. 2000 actrix scripsit: "J'avais substitué V. à mamam, à la fois comme pourvoyeur d'affection frelatée -plus imaginée que vécue- et comme figure autoritaire à laquelle me soumettre" (Summ., 65). Cum inhiaret teneritati semper quaesitae, numquam inventae in pueritia, ne intellegens quidem quid id significaret, apprehensa demum est relatione cum viro convento, quocum res intimas habuit, quas illa pro peccato vixit, quibus inducta est velut in matrimonium secretum, ut melius se sentiret, quamquam ob illud se animadvertisit denique obligatam in matrimonium publicum. Actrix ait: "Je lui ai demandé quelles étaient ses intentions, il a cru que je le demandais en mariage. Un jour ça a été plus loin que je voulais. J'étais très mal informée. J'ai eu l'idée qu'on allait se marier en secret tous les deux, j'avais 16 ans et demi et lui 26 ans, on est allés à la chapelle rue du Bac" (Summ., 26/15). Matertera actricis describit statum rerum

enatum ob res intimas actricis cum convento: “Elle était consciente que l’acte sexuel l’engageait, l’avait engagé définitivement. Elle ne pouvait plus revenir en arrière. Il lui écrivait des lettres en disant, ‘ma femme’. Il considérait qu’ils étaient mariés en secret” (Summ., 49/15).

10. – Peritus psychologus non loquitur in primo gradu de perturbatione determinata vel anomalia psychica in actrice. Tamen in luce ponit derelictionem affectivam in familia ab ipsa habitam, et defectum gravem suae bonae aestimationis, cum profundo sensu frustrationis in integratione sociali inter pueritiam et adulescentiam. Rebus sic stantibus, actrix, cum etiamtum esset adulescens, invenit in viro convento hominem violentum et moraliter destructivum. Actrix ait: “V. était violent. Je ne sais plus à quel moment ça a commencé mais déjà, quand j’attendais mon premier enfant, j’avais peur de V., V. me battait” (Summ., 27/23). Frater eius confirmat: “J’ai été témoin de scènes violentes entre M. et V. pour des broutilles” (Summ., 43/21). Peritus explicat: “Le remède s’est avéré pire que le mal. La jeune M. a rencontré un homme violent, destructeur, moralement et abuseur violent physique”. Consectaria psychica fuerunt prominentia in actrice: “Un stress post traumatique: Angoisse, cauchemars, dépression, idées suicidaires” (Summ., 72). Etiam medicus psychiatra qui visit actricem quadriennio post separationem, attestatione credibilitatis ornatus (Summ., 59), refertur ad hoc factum in depositione sua. Animi depressio oriebatur ex infantia, gravis autem immaturitas psychica puellam incapacem reddebat obeundi difficultate in mariage: “c’était une dépression réactionnelle qui venait de l’enfance et de l’immaturité très importante qui l’a menée à ne pas pouvoir faire face à ses difficultés lors de son mariage” (Summ., 57/4).

11. – Ex modo agendi actricis inter matrimonium appare, illam numquam valuisse cum viro convento relationes interpersonales instaurare. Actrix deprehendit causam ruinae matrimonii in impossibili communicatione. Dicit enim: “On n’arrivait pas à communiquer” (Summ., 28/27). Vir conventus, qui quidem non negat communicationem nullam fuisse (“on n’a pas réussi à se comprendre, à s’entendre, peut-être à communiquer”, Summ., 32/28), manifestat usque in quem gradum actrix non valeret curare *bonum coniugum*. Ut vir ait, post nuptias illa videbatur esse in dies magis mutabilis, similis puellulae nimis morosae: “Plus on avançait, plus je la trouvais capricieuse, très enfant gâtée, ne correspondant pas à ma conception des choses” (Summ., 32/23). In epistula diei 20 octobris a. 2012 vir conventus praebet testimonium de nonnullis factis, quibus in luce ponitur indoles mutabilis, immaturitas actricis, animus iracundus, morosus, cuius signa maxime in matrimoniali convictu manifesta fuerunt. In exitu epistulae perstringit res isto modo: “J’étais loin d’être un mari parfait mais

le dialogue était si difficile qu'il devenait impossible" (Summ., 215).

Psychologus qui actricem post separationem definitivam visit nobis explicat, in epistula exhibita in instantia rotali, causas incapacitatis in actrice, cum dicat: "(elle) souffre d'un trouble de l'estime de soi sévère engendrant conséquemment d'un trouble de l'affirmation de soi ainsi que d'un état dépressif important". Effectus harum perturbationum actricis manifesti sunt necessario in vita coniugali, iisque duplices sunt iuxta hunc psychologum: "D'une part, elle établit une relation à l'autre déséquilibrée qui ne tient pas compte de ses besoins affectifs... et d'autre part, pour se protéger de ces sentiments de rejet, d'injustice et d'impuissance, elle évite à tout prix de contrarier l'autre, en se rempliant sur elle-même, puis en se retirant le plus possible de la relation, même physiquement" (Summ., 233). Causae huius incapacitatis ad instaurandam relationem matrimonialem reciprocam et aequilibratam sunt graves earumque origo sine ambagibus est psychica. Adfirmat enim psychologus: "M., craintive et évitante, est totalement dépourvue des moyens psychologiques et affectifs qui lui permettraient d'établir un lien marital réciproque et équilibré" (ibid.).

Haec indicia psychologica ratam faciunt incapacitatem mulieris sese donandi alteri modo humano, scilicet ob relationem cum patre suo, incapacem redditam est actrix relationem matrimonialem constituendi. Mulier impulsa fuit ad matrimonium contrahendum itemque ex historia eius familiari et modo agendi appetit, illam incapacem fuisse suae donationis et stabilitatis in convictu iugali.

12. – Adest in casu etiam difficultas personalitatis in viro convento, quae sine dubio nullo pacto favet relationi pacifice cum actrice habendae.

Iudex qui conventum in primo gradu interrogavit, de eo dicit: "Un homme rigide, imbu de lui-même assez méprisant et qui paraît incapable de se remettre en question" (Summ., 33). Actrix in declaratione in Rota conscripta adfirmat suam incapacitatem actionis erga personalitatem viri conventi: "J'avais des difficultés spécifiques dans mes relations avec V. et que j'étais incapable de réagir sainement avec un personne de son tempérament" (231). Non propterea agitur de 'incapacitate relativa', sed in casu sine dubio incapacitati illi, quae in anomaliis actricis suas agit radices, vir opposuit obstaculum, quod fuit impossibile superare.

13. – Quibus omnibus sive in iure sive in facto rite perpensis, Nos infrascripti Patres Auditores de Turno, pro Tribunalis sedentes et solum Deum prae oculis habentes, Christi Nomine invocato, declaramus, pronuntiamus et definitive sententiamus, ad propositum dubium respondentes: *Affirmative, seu constare de matrimonii nullitate, in casu, ob incapacitatem adsumendi onera coniugalia essentialia ob causam naturae psychicae, ex parte mulieris actricis.*

Ita pronuntiamus atque committimus locorum Ordinariis et Administris Tribunalium, ad quos spectat, ut hanc nostram sententiam definitivam notificant omnibus, quorum intersit, atque exsecutioni tradant ad omnes iuris effectus.

Romae, in aedibus Tribunalis Romanae Rotae, die 28 octobris 2014.

Pius Vitus Pinto, *Decanus*

Robert Michael Sable

Alexander W. Bunge, *Ponens*

Dominicus Teti, Not.

Coram R.P.D. ALEXANDRO W. BUNGE, Ponente

Parisien.

NULITATIS MATRIMONII

(M. – V.)

Prot. N. 21.974

Sent. 199/2014

---

## **SENTENCIA DEFINITIVA**

En el nombre del Señor

Rigiendo FRANCISCO la Santa Iglesia Católica, en el segundo año de su Supremo Pontificado, el día 28 de octubre del año 2014, los infrascritos RR.PP.DD. Pío Vito PINTO, Decano, Roberto Miguel SABLE, y Alejandro W. BUNGE, Ponente, Auditores de Turno, legítimamente reunidos en la Sede del Tribunal Apostólico de la Rota Romana para definir la causa de París, de la nulidad del matrimonio entre:

– La Señora M., nacida el día 19 de agosto de 1968 en la Ciudad C1, con domicilio en D1, católica, actora, representada y actuante en el juicio a través de la abogada A1, y

– El Señor V., nacido el día 15 de diciembre de 1958 en la Ciudad C2, con domicilio en D2, también católico, convenido,

– Habiendo intervenido en la discusión el R. D. Miguel FIORENTINO, Defensor del Vínculo de nuestro Tribunal Apostólico, y la abogada A2, designada especialmente para el caso,

– Pronunciaron la siguiente sentencia definitiva en el tercer grado del juicio.

**1. – Resumen del caso.** – La actora, nacida en C1 en agosto de 1968, justo antes de cumplir diecisésis años, conoció al convenido, nacido en C2 en diciembre de 1958. La madre de la actora era muy autoritaria y de carácter fuerte; el padre, en cambio, era dulce pero débil de carácter. Seguían la religión tradicionalista, y la madre era muy rígida. Ambos trabajaban mucho, y no se ocupaban de los hijos. En la familia no había relaciones interpersonales. La actora tuvo un momento de rebelión a sus trece años, y fue enviada por la madre a vivir con una tía, pero después de un año tuvo que volver con su madre, por los celos de ella respecto a la tía. Era muy desenvueelta intelectualmente, pero carente del desarrollo normal en el campo afectivo, no tenía amistades y se refugiaba en los libros, no tenía ninguna confianza en sí misma.

El convenido tenía una carácter fuerte, como la madre de la actora, y era también violento. La actora encontró en el convenido uno que la trataba como persona, con él se sentía segura y halagada. La actora sentía una admiración infantil por el convenido, tenían relaciones íntimas, y él comenzó a hablar de matrimonio. Ella aceptó, porque se sentía obligada a hacerlos por las relaciones íntimas tenidas, y también porque casándose lograba salir de su casa. El matrimonio se celebró el 18 de diciembre de 1986, teniendo la actora dieciocho años y el convenido veintiocho.

La convivencia fue difícil desde el comienzo, no había entre ellos nada en común. Nacieron tres hijos, el primero diez meses después de las bodas, en octubre de 1987, el segundo en noviembre de 1990 y el tercero en enero de 1992. Hubo una primera separación hacia el final de 1993, pero después probaron de hacer un retiro juntos, y reanudaron la convivencia. La separación definitiva sucedió en 1995, después de ocho años y medio, y el divorcio civil en 1997.

Hubo una primera causa de nulidad iniciada en el Tribunal T1 en 1995, con sentencia afirmativa del 15 de enero de 1997, por defecto grave de discreción de juicio en la actora (negativa sobre la simulación total de la actora y sobre la incapacidad del convenido para asumir las obligaciones esenciales del matrimonio). Dicha sentencia fue reformada con sentencia del Tribunal T2 del 15 de octubre de 1998 que respondió negativamente a todos los capítulos. Esta segunda sentencia fue confirmada con la sentencia de la Rota Romana coram Verginelli del 13 de mayo de 2005, que respondió negativamente a todos los capítulos.

**2. –** Presentada una nueva causa en el Tribunal de París, competente por el lugar de celebración del matrimonio, con libelo del 29 de septiembre de 2009, hubo una sentencia afirmativa del 27 de junio de 2011, por motivo del defecto grave de discrepancia de juicio del convenido, y negativa en cuanto a la incapacidad de la actora de asumir las obligaciones matrimoniales esenciales. El Tribunal de apelación de Versalles, con decreto del 15 de junio de 2012, declaró parcialmente nula la sentencia de primera instancia, respecto al defecto grave de discrepancia de juicio del convenido, considerando que, habiendo ya dos sentencias negativas sobre

la incapacidad de asumir las obligaciones esenciales por parte del convenido, debía sobreentenderse que no era posible pronunciarse sobre su discreción de juicio, implícita en la capacidad de asumir las obligaciones matrimoniales. El Tribunal de Versalles se pronunció con sentencia del 7 de enero de 2013, declarando nulo el matrimonio por incapacidad de la actora para asumir las obligaciones esenciales del matrimonio. Ahora el Turno en la Rota debe pronunciarse sobre la fórmula de dudas fijada el 5 de diciembre de 2013: “*Si consta la nulidad del matrimonio, en el caso, por incapacidad de la mujer actora para asumir las obligaciones esenciales del matrimonio por causas de naturaleza psíquica*”.

Cumplido lo que por derecho debe cumplirse, exhibida por la Patrona de la parte actora su defensa en derecho y en los hechos, teniendo además la defensa del vínculo sacramental redactada por el designado para hacerla, a los Padres les toca ahora responder, con su sentencia definitiva en tercer grado de jurisdicción, a la fórmula de dudas concordada, más arriba mencionada.

3. – **En derecho.** – “Fundada por el Creador y en posesión de sus propias leyes, la íntima comunidad conyugal de vida y amor se establece sobre la alianza de los cónyuges, es decir, sobre su consentimiento personal e irrevocable. Así, del acto humano por el cual los esposos se dan y se reciben mutuamente, nace, aun ante la sociedad, una institución confirmada por la ley divina” (CONCILIO ECUMÉNICO VATICANO II, Const. Past. *Gaudium et spes*, n. 48).

4. – La capacidad natural para el consentimiento se pierde por una grave anomalía o patología, que afecta la misma vida afectiva, no sólo por el grave defecto de discreción de juicio, mencionado en el can. 1095, n. 2, sino también por la incapacidad de asumir las obligaciones conyugales, mencionada en el can. 1095, n. 3. “Presupuesta la discreción de juicio suficiente para poder contraer válidamente, es necesario que esté presente en el contrayente otra capacidad, es decir de disponer del objeto de la entrega-aceptación, de modo que se pueda traducir en práctica las obligaciones asumidas. Se pueden dar casos, en efecto, en los cuales el contrayente no carece de la adecuada discreción de juicio y por lo tanto puede obligarse, pero le es imposible el cumplimiento. Entonces la capacidad de asumir las obligaciones permanece íntegra, pero es indirectamente impedida por la incapacidad de cumplir, ya que ‘la obligación de cosas imposibles es nula’ (cf. Dig. 50, 17, 185)” (coram Bottone, sentencia del día 11 de octubre de 2007, en RRDec. vol. XCIX, p. 279, n.12).

Sin embargo, “sólo la incapacidad y no la dificultad para prestar el consentimiento y para realizar una verdadera comunidad de vida y de amor, hace nulo el matrimonio [...] Una verdadera incapacidad se puede suponer sólo ante la presencia de una seria forma de anomalía que, como se la quiera definir, debe

afectar sustancialmente las capacidades de entender y/o querer del contrayente” Juan Pablo II, Discurso a la Rota Romana, día 5 de febrero de 1987, AAS 79 [1987] p. 1457, n. 7).

5. – De hecho, en la jurisprudencia y en la doctrina se discute mucho acerca de la incapacidad absoluta y relativa y hay opiniones diferentes. Sin embargo, según la jurisprudencia rotal la incapacidad relativa carece de fuerza jurídica para producir la nulidad del matrimonio. Así las cosas, la más amplia jurisprudencia de Nuestro Altísimo Tribunal no favorece la incapacidad relativa. En la incapacidad por causas de naturaleza psíquica, cada parte al momento de la celebración del matrimonio o de prestarse el consentimiento matrimonial independientemente de la otra parte debe tener una propia incapacidad respecto de las obligaciones esenciales del matrimonio (cfr. coram López-Illana, sentencia del día 18 de febrero de 2004, en RRDec. vol. XCVI, p. 132, n. 6). Esto no impide apreciar que las mismas obligaciones matrimoniales, que siempre deben considerarse con relación a la concreta persona del otro cónyuge adquieran en cada caso concreto connotaciones diversas, y requieran por lo tanto capacidades diversas. En una sentencia coram Pompedda leemos: “Sin embargo, en verdad la consideración de una parte puede servir para formarse un juicio claro sobre la capacidad de la otra, pero no para explorar la condición relativa, sino más bien para evaluar correctamente la persona singular en su capacidad de superar las dificultades” (sentencia del día 15 de julio de 1994, RRDec., vol. LXXXVI, p. 397, n. 12).

6. – Por disposición de la ley (cf. cánones 1574 y 1680) y según la consolidada jurisprudencia de Nuestro Foro, en las causas en las que se trata sobre la incapacidad, es necesario recurrir a la obra de los peritos, que ayuden al juez a definir, a la luz de las actas y de lo probado, como también del examen hecho al sujeto anormal, cuando es posible, el grado de la perturbación o el estado del paciente al momento del matrimonio. Leemos en una reciente sentencia coram Bottone: “En base al dictado del canon esta incapacidad tiene que provenir de causas de naturaleza psíquica, es decir de un trastorno de la personalidad, o de una inclinación anormal, o de una anomalía que no nace directamente de un cualquier grave defecto del acto humano, sino que golpea el contrayente tan gravemente como para privarlo de la capacidad de disponer del objeto del contrato, aún permaneciendo intacta la discreción de juicio y la libertad interna. No se requiere una enfermedad determinada, sin embargo es necesario que exista una verdadera perturbación o anomalía de orden psíquico, y verdaderamente signada por la gravedad, que se perciba en el modo de extraño modo de obrar del contrayente, el cual se demuestra inconstante, frágil, de voluntad débil, y por su modo de obrar suscita maravilla o quizás hasta commiseración. Si todo esto es confirmado por el perito psiquiatra o psicólogo, no puede quedar ninguna duda acerca de la severa

anomalía de un tal individuo” (sentencia del día 11 de octubre de 2007, l.c., n. 13., p. 279).

7. – **En los hechos.** – La actora, que presenta una fuerte testimonio de credibilidad (Summ., 28), describe sus relaciones con su madre como conflictivas y carentes de ternura, ambivalentes, y ella sentía especialmente que no había amor de parte de su madre. Dice: “Mes relations avec ma mère étaient ambivalentes. Je sentais un manque d’amour de ma mère, qui semblait privilégier mon frère. Nous ne pouvions pas inviter des amis à la maison, pas le droit de sortir, c’était des règles tacites. Règles rigides” (Summ., 25/1). Describe también las consecuencias en su personalidad de esta situación en la familia de origen. Al momento del matrimonio se sentía incapaz de gestionar su propia vida, con una timidez paralizante, con el temor de ser rechazada por los otros: “Au moment du mariage, j’étais un marionnette, poupée de cire molle. Il y avait une ébullition en moi. J’attendais beaucoup d’affection. J’étais inapte pour gérer ma propre vie. J’avais envie d’aller vers les autres mais j’avais un blocage, timidité maladive, peur de se faire rejeter. Inaptitude à aller vers l’autre. Je cherchais toujours l’amour de maman” (Summ., 25/5).

Su tía, con la cual vivió un tiempo en la adolescencia, confirma la necesidad de amor que tenía la actora, su inmadurez, su carencia de autonomía, de carácter y de autoridad: “M. n’a pas de caractère, elle n’en a pas d’autorité, elle est très douce, très facile. Une enfant soumise... Elle n’était pas autonome, dépendant affectivement” (Summ., 47/6). Los testigos la describen como una gran niña, sometida primero a los padres y después al convenido. La mejor amiga de la actora, con un fuerte testimonio de credibilidad (Summ., 54’), afirma: “Elle était soumise aux diktats de ses parents puis de ceux de V. sans possibilité d’exprimer ce qu’elle était elle... C’était un gros bébé avec un gros cerveau. V. la tenait sous sa coupe et dirigeait sa vie, cela était plus gênant que leur différence d’âge” (Summ., 54/21). La tía agrega que no creció en el plano afectivo: “A 13 ans ma soeur m’a dit quelle ne pouvait pas supporter sa fille... Je l’ai pendant un an à Nantes chez moi... Elle était très intelligente mais très en retard sur le plan affectif... M. n’avait pas la capacité affective” (Summ., 46/5). Y la hermana de la actora afirma que durante el tiempo del noviazgo, jugando el rol de la persona grande, la actora carecía totalmente de la afectividad: “Elle avait joué à la grande quand elle était en total manque affectif” (Summ., 40/19).

Esta situación familiar tuvo graves consecuencias en el crecimiento de la actora. El perito psicólogo de primera instancia afirma que la actora creció con un serio problema de autoestima. Dice: “Elle n’est pas encore une femme, elle est une adolescente qui attend d’être une femme... En définitive, M. a été abandonnée affectivement. Elle s’est construite avec un trouble sévère de l’Estime de Soi” (Summ., 72). Y continúa todavía con la descripción de los efectos que

tuvieron en su personalidad las actitudes de sus padres con ella: “La solitude intérieure et le vide de soi consécutifs au rejet maternel et à la faiblesse d’étayage du père ont provoqué des difficultés dans les processus d’identification qui on creusé et perturbé son identité avec la conviction profond de ne pas être aimée et de ne pas être digne e l’être” (*ibid.*).

8. – La actora era un “superdotada” intelectualmente, con todo el sufrimiento psicológico que esto conlleva. Se afirma en la sentencia de la segunda instancia: “M. est une ‘surdouée’. Nous savons désormais mieux, grâce au développement des sciences de l’éducation, qu’un surdoué est en grande souffrance psychologique” (Summ., 222). En su casa las relaciones afectivas eran inexistentes. En la escuela, donde siempre se encontraba con compañeras dos años mayores que ella, no lograba tener amigas, y no podía madurar afectivamente. Dice la actora: “Je n’avais pas d’amies” (Summ., 25/1). Y agrega inmediatamente: “J’étais très en avance... il n’y avait que des filles qui étaient plus âgées que moi” (Summ., 25/2). Y precisa en la carta escrita el 20 de noviembre del 2000: “A partir de 10 ans, j’ai été scolarisée des camarades de 2 ans plus âgés. Même si je faisais mon possible pour ne pas me démarquer du groupe, je restais quand même la plus jeune et je me sentais en permanence en décalage avec les autres. Il en découlait un manque de confiance en moi et des difficultés à établir des relations amicales dans ma classe d’âge ainsi qu’une tendance maladive à suivre les avis des autres” (Summ., 64).

9. – En este contexto de carencia afectiva, y siendo todavía una muchacha, la actora conoció al convenido. Ella tenía dieciséis años y él veinticuatro. A pesar de la formación tradicionalista de la actora (dice el convenido: “une religion de principes; éducation très traditionnaliste. St Pie V et Mgr Lefebvre”, Summ. 30/13), y la gran diferencia de edad, desde el comienzo sostuvieron relaciones íntimas. Lo dice el mismo convenido, con testimonio de credibilidad (Summ., 34): “Nous avons eu des relations intimes ensemble durant les fréquentations” (31/15).

La actora y su tía mencionan especialmente la gran influencia que tuvieron sobre ella las relaciones íntimas del tiempo del noviazgo, que la hacían sentirse obligada a casarse. Dice la tía: “Elle était consciente que l’acte sexuel l’engageait, l’avait engagé définitivement. Elle ne pouvait plus revenir en arrière. Il lui écrivait des lettres en disant, ‘ma femme’. Il considérait qu’ils étaient mariés en secret” (Summ., 49/15).

A pesar de que la actora encontrara en el convenido protección y acogida, no era más que una versión masculina de su madre, autoritaria y no afectiva. Dice la misma actora en su carta del 20 de noviembre del 2000: “J’avais substitué V. à mamam, à la fois comme pourvoyeur d’affection frelatée -plus imaginée que

vécue- et comme figure autoritaire à laquelle me soumettre” (Summ., 65). Aspirando una ternura que siempre había buscado y que no había encontrado en su infancia, y sin darse cuenta qué cosa significaba, terminó involucrada con el convenido en una relación con intimidades sexuales vividas como un pecado, que la llevaron a la celebración de un matrimonio secreto, para sentirse mejor, pero al mismo tiempo sintiéndose obligada a un matrimonio público. Dice la actora: “Je lui ai demandé quelles étaient ses intentions, il a cru que je le demandais en mariage. Un jour ça a été plus loin que je voulais. J’étais très mal informée. J’ai eu l’idée qu’on allait se marier en secret tous les deux, j’avais 16 ans et demi et lui 26 ans, on est allés à la chapelle rue du Bac” (Summ., 26/15). La tía de la actora describe la situación que se creó a raíz de las relaciones íntimas entre la actora y el convenido: “Elle était consciente que l’acte sexuel l’engageait, l’avait engagé définitivement. Elle ne pouvait plus revenir en arrière. Il lui écrivait des lettres en disant, ‘ma femme’. Il considérait qu’ils étaient mariés en secret” (Summ., 49/15).

10. – El perito psicólogo en primera instancia no habla de un determinado trastorno o anomalía psíquica en la actora. Sin embargo, hace notar el abandono afectivo sufrido por ella en su familia, el problema grave de autoestima sufrido por ella, y el sentimiento profundo de fracaso en la integración social durante la infancia y la adolescencia. En estas condiciones la actora encuentra, estando todavía en la adolescencia, al convenido, un hombre violento, moralmente destructivo. Dice la actora: “V. était violent. Je ne sais plus à quel moment ça a commencé mais déjà, quand j’attendais mon premier enfant, j’avais peur de V., V. me battait” (Summ., 27/23). Confirma su hermano: “J’ai été témoin de scènes violentes entre M. et V. pour des broutilles” (Summ., 43/21). Y explica el perito: “Le remède s’est avéré pire que le mal. La jeune M. a rencontré un homme violent, destructeur, moralement et abuseur violent physique”. Las consecuencias psíquicas fueron importantes en la actora: “Un stress post traumatique: Angoisse, cauchemars, dépression, idées suicidaires” (Summ., 72). También el médico psiquiatra que atendió a la actora cuatro años después de la separación, y que consta con un testimonio de credibilidad (Summ., 59), se refiere a este hecho en su declaración. La depresión tenía su origen en su infancia, y la grave inmadurez psíquica la hacía incapaz de afrontar las dificultades durante el matrimonio: “c’était une dépression réactionnelle qui venait de l’enfance et de l’immaturité très importante qui l’a menée à ne pas pouvoir faire face à ses difficultés lors de son mariage” (Summ., 57/4).

11. – El comportamiento de la actora durante el matrimonio nos hace ver que jamás pudo establecer relaciones interpersonales con el convenido. La actora encuentra la causa del fracaso del matrimonio en la imposibilidad de la

comunicación. Dice: “On n’arrivait pas à communiquer” (Summ., 28/27). Y el convenido, también él consciente de la ausencia de comunicación (“on n’a pas réussi à se comprendre, à s’entendre, peut-être à communiquer”, Summ., 32/28), agrega señalando hasta qué punto la actora no estaba en condiciones de poder ocuparse del *bonum coniugum*. Nos dice que, una vez casada, la encontraba siempre caprichosa, como una niña demasiado mimada: “Plus on avançait, plus je la trouvais capricieuse, très enfant gâtée, ne correspondant pas à ma conception des choses” (Summ., 32/23). En su carta del 20 de octubre de 2012 el convenido ofrece el testimonio de diversos hechos que ponen en evidencia la inestabilidad del comportamiento y la inmadurez de la actora, colérica, caprichosa, manifestada durante toda la convivencia. Resume, al final de la carta, en este modo: “J’étais loin d’être un mari parfait mais le dialogue était si difficile qu’il devenait impossible” (Summ., 215).

El psicólogo que atendió a la actora después de la separación definitiva nos explica, en su carta presentada durante la instancia rotal, las razones de la incapacidad de la actora. Dice que ella “souffre d’un trouble de l’estime de soi sévère engendrant conséquemment d’un trouble de l’affirmation de soi ainsi que d’un état dépressif important”. Los efectos de estos padecimientos de la actora se manifiestan necesariamente en su vida de pareja, y son dos según este psicólogo: “D’une part, elle établit une relation à l’autre déséquilibrée qui ne tient pas compte de ses besoins affectifs... et d’autre part, pour se protéger de ces sentiments de rejet, d’injustice et d’impuissance, elle évite à tout prix de contrarier l’autre, en se rempliant sur elle-même, puis en se retirant le plus possible de la relation, même physiquement” (Summ., 233). Las causas de su incapacidad de establecer una relación matrimonial recíproca y equilibrada son graves, y de clara naturaleza psíquica. Afirma el psicólogo: “M., craintive et évitante, est totalement dépourvue des moyens psychologiques et affectifs qui lui permettraient d’établir un lien marital réciproque et équilibré” (ibid.).

Estos indicios psicológicos hacen manifiesta la incapacidad de la mujer de donarse a los otros de un modo humano, como fue evidente en la relación con su padre, y por lo tanto su incapacidad de instituir una relación matrimonial. La mujer fue impulsada a contraer el matrimonio, y tanto su historia familiar, como su modo de actuar demuestran que fue incapaz de autodonarse y de establecer una convivencia matrimonial estable.

12. – Existe en el caso también la dificultad de la personalidad del convenido, ciertamente para nada favorable a una relación pacífica con la actora. El juez que interrogó al convenido en la primera instancia, dice sobre él: “Un homme rigide, imbu de lui-même assez méprisant et qui paraît incapable de se remettre en question” (Summ., 33). La actora, en su declaración escrita presentada en la Rota, afirma su incapacidad de reaccionar ante la personalidad

del convenido: “J'avais des difficultés spécifiques dans mes relations avec V. et que j'étais incapable de réagir sainement avec un personne de son tempérament” (231). Esto no significa que se trate de una “incapacidad relativa”, pero en este caso se puede sostener sin duda que la incapacidad radicada en las anomalías de la actora, encontró en el convenido un obstáculo imposible de superar.

13. – Habiendo ponderado rectamente todo lo expuesto, tanto en el derecho cuanto en los hechos, Nosotros los infrascritos Padres Auditores del Turno, constituidos en Tribunal y teniendo la mirada fija sólo en Dios, habiendo invocado el nombre de Cristo, declaramos, pronunciamos y definitivamente sentenciamos, respondiendo a la fórmula de dudas propuesta: *Afirmativamente, es decir, consta la nulidad del matrimonio, en el caso, por incapacidad de la mujer actora para asumir las obligaciones esenciales del matrimonio por causas de naturaleza psíquica.*

Así nos pronunciamos y encomendamos a los Ordinarios de lugar y a los ministros de los Tribunales a los que corresponde, que notifiquen a todos los interesados, ésta Nuestra sentencia definitiva y que tramiten su ejecución para todos sus efectos jurídicos.

En Roma, en la sede del Tribunal de la Rota Romana, el día 28 de octubre de 2014.

Pío Vito Pinto, *Decano*  
Roberto Miguel Sable  
*Alejandro W. Bunge, Ponente*

Domingo Teti, Not.